



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Tertia pars

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Terciapars.

Erro cum dicit Et accipiens tangit copiosa turbe so-
 cietas p̄ d̄nam potentia. vbi q̄nq̄ facit. p̄mittit̄ em̄z
 vidus appositio: Et accipiens: manibz sacris septē.
 panes: manibz discipulorū oblatos: gr̄as agens:
 deo p̄ri. a quo sibi ē dimitatis potentia. vñ sibi oīs creatura fa-
 mulat̄: fregit: in qua fradione d̄ns dedit illi materie multipli-
 catione virtutē: et dabat discipulis suis vt apponerent: qz sacre
 scripture intelligētiā nobis xp̄us misrat p̄ ecclie doctores: Et
 apposuerunt turbe: vbi cōsideranda est caritas discipulorū. qz
 negligētia p̄sum cibū quē habebāt aliis misrabāt. **¶**
 Et nota qz panes q̄nq̄ alterius refectōnis facte circa pasca. di-
 cunt̄ fuisse ordeaei qd̄ de istis nō dicit̄ qz refectio legis antique
 q̄nq̄ panibz figurata bestialis fuit ⁊ grossa. ordeū em̄ pabuluz
 est iumētōz Refectio vero scripture p̄nti tpe. figurata p̄ refecti-
 onē septē panū. suavis est. sapor e3 cōtinens septiformis gracie
 sp̄ssandū. Eccl. 24. Sp̄s me9 sup mel dulcis. Sap. 6. patum
 de celo panē p̄stitisti illis sine labore. om̄e delectamētū in se ha-
 bentē. et oīs saporis suauitatē. Secdo ponit̄ discipulorū apposi-
 tio: Et habebant pisciculos paucos: vbi discipulorū colligit̄
 t̄pantia. qz nō carnibz vtebant̄. h̄ piscibz. nec magnis. h̄ p̄uis
 et ipsis paucis: Et ipsos b̄ndixit: In qua b̄ndictione eos mul-
 tiplicauit. p̄s. benedixit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: et iussit
 apponi: panis est cibū quo sustētā vita. p̄s. panis cor hoīs cō-
 firmat. piscē vero dedit in cōdimētū cibi. Et nota h̄m Ihero. qz
 in pisciculis istis sanctos intelligim9. quoz fidem vitā et passi-
 ones scriptura cōtinēt noui testamētī. qui turbulētis huus se-
 culi erepti fluctibz. refectōm nobis terrenā p̄buerunt suo exem-
 plo. Tercō ponit̄ saturatio turbe: Et māducauerūt ⁊ saturati
 sunt: p̄s. satiauit aiām inanē. et aiām esurientē satiauit bonis.
 aiā em̄ n̄ra magis est et vacua in appetitu reruz t̄paliū. quo
 usqz deus eam repleuerit sp̄uali cibo. Exempluz de filio pdigo
 vnde. p̄s. replet in bonis desiderium tuū. Quarto ponit̄ recolle-
 ctio mensē: Et sustulerunt quod supauerat de fragmentis sep-
 tem sportas: turbe. scdm̄ Thyop. saturate reliquas secum non
 deserunt. qz vnusquisqz content9 esse debet necessariorū. et su-
 perflua nō querere. Quinto ponitur numerus manducantium.
 Erant em̄ qui manducauerant p̄uasi quatuor milia: viri scili-
 cet exceptis parualis et mulieribus. ut dicitur in Mar. nemi-
 nem enim vt dicit̄ Thyophi. dimittit̄ christus ieiunū. h̄mōnes
 vult sua gratia enutrirī. Sexto tangitur licentiam redeundi.

Sermo

Et dimisit eos magna namque suauitate ubi. et admiratione vehementi virtutis christi detinebant. ita ut nisi ipso iubente non recederent. Jo. 6. demine ad quem ibimus verba vite eterne habes. Rogemus ergo deum etc.

Unica septima post penth. Sermonis quinquagesimi sexti prima pars

Attendite a falsis prophetis etc. Math. 7. hoc idem legit Luc. 6. Magis fallimur in noticia hominum quam in noticia cuiuscumque alterius rei. frequentius quos meliores credebamus. peiores repimus. vnde bene dicebat antiquo puerbio Non est cognoscere amicum priusquam minima salis assumat. christus vero qui scrutatur renes et corda hominum in presenti euangelio docet omnem simulatam iusticiam atque doctrinam agnoscere. tria proponens nobis. Primo enim tangit falsitatis noticiam. Secundo falsorum penam. ibi. omnis arbor. Tercio veritatis gloria. ibi. non omnis qui dicit. Circa primum quatuor facit. primum enim vtile documentum. nam secundum Christi. firma tutela salutis est scire quem fugias. vnde dicit. Attendite. Christi. non inquit dixit aspiciat et attendite. Attende ubi enim certa est res aspiciat. ubi vero incerta attendit. et caute et diligenter considerat. quia igitur falsi prophete occulte sub specie sanctitatis veniunt. ideo dicit Attendite a falsis prophetis. prophete hoc loco intelligunt doctores ecclesiarum. qui sacram scripturam interpretant. neque enim ut dicit Crisostomus. potest quis propheticos interpretari sensus nisi per spiritum prophetie. Et nota quod isti doctores sunt falsi prophete tripliciter veritate obmittendo. scilicet veritate doctrine in iustitie et vite. Veritas doctrine quod dupliciter relinquit. Primo per falsam et puerilem scripturam intelligentiam. et tales prophete sunt omnes heretici. qui aliquando etiam signis et mirabilibus conantur falsam doctrinam confirmare Deu. 13. Si surrexerit in medio tui propheta. et prodixerit deos alienos. non audies verba prophete istius. hoc talis propheta interficiet. Nam etiam magi pharaonis fecerunt mirabilia. Secundo veritatem doctrine relinquit simplices predicatores per ineptam scripturam expositionem ea enim docet que non intelligunt Isa. 28. Sacerdotes et prophete nescierunt. Eze. 13. ve prophetis in impietibus qui secuntur spiritum suum. et nihil vident. Zach. 13. confundentur prophete unusquisque ex visione sua. Tercio veritatem doctrine relinquit fabulatores. qui cum deberent verbum dei annuntiare. vana annuntiant. ut aures demulceant audientium. Jere. 13. In prophetis samarie vidi fatuitatem. tales videmus